



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

quod mirandum est, aliqui malunt con-  
trahere cum hominibus, acceptando  
quinque pro centum, quàm cum Deo, ac-  
ceptando centuplum pro simplo. Cur?  
quia non credunt Christo. *Vieira Dom.*  
*5. Quadrages. S. 4. Item in Conc. part.*  
*4. fol. 13.*



## FESTUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. MARIÆ.

*Peccatum  
originale  
cur non  
contraxe-  
rit?*

**T**HESIS I. *Macula non est in*  
*Cant. 4. v. 7. Ne B. V. in Con-*  
*ceptione sua contraheret peccatum O-*  
*riginale, fuit I. Potentiã Patris exem-*  
*pta. II. Sipientiã Filij redempti-*  
*III. Clementiã Spiritus Sancti præven-*  
*ta.*

**T**HESIS II. *Non enim pro te, sed pro*  
*omnibus hæc lex constituta est. Esth. 15.*  
*v. 13. Sanctissima Virgo debuit exci-*  
*mi*



mi à peccato Originario. I. Ut participaret de Divinitate, quam Filius eius possidebat. II. Ut de Redemptione participaret, quam Filius eius susceperat perficiendam. III. Ut participaret de Victorijs, quas Filius eius de dæmonibus reportabat. *Conceptio futura Matris Christi fuit quasi Originalis Conceptio Christi: inquit Petrus Blesens.* Si filius videns patrem suum captivum non acceleret ipsius liberationem, ex hoc solo pater filium exhereditare potest; juxta illud: *Si non festinaverit eum redimere. Justin. in institut. Beroat. Ord. Cluniac.*

THESIS III. *Conceptionem Virginitatis MARIÆ celebremus. Eccles. in Matris* <sup>*Festum quomodo colendum.*</sup> Hoc Festum colendum I. *Cogitatione*, scilicet credendo. II. *Verbo*, scilicet confitendo. III. *Opere*, scilicet imitando, quantum licet, puritate vitæ.

THESIS IV. *Liber generationis. Liber* <sup>*quin-tuplex.*</sup> Matth. I. v. I. *Quinque librorum genera invenimus in Sacra Scriptura.* I. *Librum Vitæ.* II. *Librum Naturæ.* III. *Librum Scripturæ.* IV. *Librum*



Librum Exempli & Idææ. V. Librum  
Conscientiæ. S. Thom. de Vella Nova  
Conc. I. in festo Nativ. B. V. bellissime  
dem applicans.

*Damna  
peccati Originalis.*

THESES V. In peccatis concepte  
me Mater mea. Ps. 50. v. 7. Damna  
peccati Originalis sunt I. Vulneratum  
Intellectus. II. Vulnerata Voluntas  
III. Vulnerati Sensus, & Appetitus  
IV. Vulneratum Corpus. V. Vul-  
neratus homo in externis bonis. Fe-  
ber Conc. 5. Dom. 12. post Pentec.

*Præserva-  
tio à pec-  
cato.*

THESES VI. Viam iniquitatis  
moye à me. Ps. 118. v. 29. Tri-  
plex datur præservatio à peccato teste  
S. Bernardo : Tribus liquidem modis  
à peccato me memini conservatum. I.  
Occasionis subtractione. II. Resistendi da-  
ta virtute. III. Affectionis sanitate : mul-  
ta enim in peccata facile cecidissem, si  
data esset occasio ; sed Dei miseratione  
non me talis opportunitas apprehen-  
dit : in multa quoque paulò minus ce-  
cidissem, graviter impulsus violenti  
tentationis ; sed virtutem dedit Domi-  
nus Rex virtutum, ut sub me esset ap-  
petitus meus, & ei, quam sentiebam,



concupiscenciæ minimè consentirem. Sed & à quibusdam tam longè me fecit miseratio tua Domine, ut penitus abominarer eas, & ne ulla quidem eorum me tentatio molestarer. *Hactenus S. Bern. serm. 3. de fragmentis septem panum. sol. 46. in tomo unico.*

THESIS VII. *Macula non est in te.* *Immaculata Conceptio.*  
Cant. 4. v. 7. I. MARIA originem traxit ex carne originali labe infecta, quin labem hanc contraxerit. II. Concepta est inter prunas concupiscenciæ à generatione communi inseparabiles, quin iis accenderetur. III. Concepta est in Statu, cui jugum demonis fatale erat, quin eo implexa, aut demoni subjecta fuerit. *Bretteville. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu, qui solus es? Job. i. 14. Non sustinebit Justitia Divina, ut illud Vas Electionis communibus lacefferetur injurijs. Cyprian.*

THESIS VIII. *Quæretur peccatum illius, & non inveniatur.* *Peccatum illius, & non inveniatur. Pl. 10. v. primum.*  
15. Plurimum interest in via iniquitatis non incepisse. *Fuglaris Fer. 6. post Dom. 2. Quadrag.*

N THE.

Libron  
la Not  
iffimè  
concep  
Damm  
lnerat  
oluntat  
petitio  
Vol  
nis, fo  
uiratis  
Tr  
ato tell  
n modis  
um. I  
endi da  
e: mul  
ffem, i  
ratione  
prehens  
inuis co  
olentia  
Domini  
stet ap  
iebam  
con



*Immacu-  
lata Con-  
ceptio.*

THESIS IX. *Non enim pro te, sed pro omnibus hæc Lex constituta est. Euseb. 15. v. 13.* I. MARIA fuit filia Adami, quin fuerit ejus criminis hæres. II. MARIA fuit filia Dei, quin ejus gratia fuerit privata. III. MARIA fuit filia Joachimi, quin ejus miseriarum fuerit particeps. *La Selve.*

*Pulchritudo B. V.*

THESIS X. *Tota pulchra es. Cant. 4. v. 7.* Tria requiruntur ad pulchritudinem. I. Integritas. II. Proposio. III. Et Colorum Suavitas. *Ubi est perfecta &c.*

*Rationes Immaculate Conceptionis.*

THESIS XI. *Macula non est in* Cant. 4. v. 7. *Immaculata Conceptio Beatæ Virginis probatur I. Ex parte Dei, qui potuit, & voluit, ergo. Item: hoc præstitit Protoplastis, & Angelis, ergo multò magis B. Virgini. II. Ex parte Virginis, quia incurfus Originalis non potuit habere locum in adversarios absque actuali peccato mortali. III. Ex parte Peccati, cuius virulentia decenter habere locum ipsa non potuit. Vide Theophil. Rop. naudum in Indis. Concionat. fol. 260. n. 2.*



THESIS XII. *Macula non est in te. Innocen-*  
Cant. 4. v. 7. *Beata Virgo tam pura* *tia B. V.*  
fuit in vita sua I. Ut nullum pecca-  
tum, II. Nullum affectum ad pecca-  
tum, III. Nullam peccati speciem  
habuerit. *Id. de Innocentia Christi.*  
tom. I. fol. 285.

THESIS XIII. *Inimicitias ponam*  
*inter te, & Mulierem, & semen tuum, &*  
*semen illius. Gen. 3. v. 15.* I. Con-  
ceptio Beatæ Virginis primus Salvato-  
ris Triumphus est. II. Conceptio  
Beatæ Virginis pulcherrima Imago est  
Angelicæ Felicitatis. III. Conce-  
ptio Beatæ Virginis Exemplar est per-  
fectæ Sanctitatis Christianorum. *Di-*  
*ctum, Apostolic. Verb. Concept.*



# FESTUM S. THOMÆ Apost.

THESIS I. *Sed fidelis. Joan. 20. Fidelis.*  
v. 27. Fuit S. Thomas I. Fi-  
delis in se. II. Fidelis in alijs. III.  
Fidelis in periculis. IV. Fidelis in  
mor-

N 2 mor-